ut ex pubijs sapiencia colligitur
Nunquid est sepulchra decorata
sepius vidimus in quibus nil
nisi putredo latet Aspectu qui
dem polita sunt sed intus sordi
da Sic et vicia quedam hones
tatis speciem gerunt et tamen ab omni
lege atque iure recedunt quod non
obstante suo apparatu vitanda
sunt Quoniam teste Ouidio primo
de remedijs Et mala sunt vicinis
errore subdita parvo Vtque vi
cia sepe tulit Vnde Juuenalis
libro 20 Fallit enim vicium specie
virtutis et umbra Et Bamfre
dus in poetria Vel modicum totum
mel amaritat Vna macula
totam faciem diffamat Nunquam
igitur vicia honesta videantur
quia tamen in se maculam sunt merito
aspernuntur quinymo et bona acci
pi non debent in fine bono sus
cipiantur Vnde lactancius libro de
vero cultu Etiam ea que bona
sunt fines suos habent quos si
excesserint in vicia labuntur
Nam constancia in virtute sus
cepta sit obstinacio est et forti
tudo in temeritate convertitur Hijs
igitur attentis cuncta sunt precauen
da et bona que faciunt iusto fi
ne exequenda Alias enim vir
efficietur criminum amator sicut
de Julio legimus Vnde Tulius
libro 20 de offi In Julio inquit
cesare tanta libido peccandi
fuit ut peccare ipsum delectaret

eciam si causa non esset Idem eciam
Tulius contra kathilinam absente
dicebat Jam inquit tecum sic lo
quor licet absenti ut odio permotus
loqui videar Neque enim is es ut
aut pudor a turpitudine aut
metus a periculo aut racio a fu
rore revocaret Ubi enim mala plu
rima concurrat Tulius contra kathi
linam que sive vera sint sive non
facilius tamen in peccatis submergitur qui
peccare non veretur Arbitror
tamen Julium impudicus satis ample lo
cutum fuisse et pocius factum ut Sa
lustio conductori conduceret quam
ut veritate modeste scriberet Et Sa
lustius ut opinor Vnde Salustius
contra Tulium Homo leuissimus sup
plex inimicis contumeliosus bonus
patronus mercennarius cuius nulla
pars corporis turpitudine vacat
lingwa vana manus rapacissima
gula immensa pedes fugaces
et que honeste nominari non possunt in
honestissima excercentur Hijs enim
verbis parum adhereo Sed in prope
dictis sit iste fructus quod vicia se
pe virtutes apparent et peccare
qui assuescit vicia virtute nequit
nec tamen credas omnia opera vicia
esse et quia sicut decipit quia
vicia credit virtutes eciam defi
cit ille qui omnes malos iudi
cat actus Sin multi dicunt il
lud Gamfredi in poetria noua
Est pravus blanditor absens de
tractor amicus Apparens hostis

http://dl.ub.uni-freiburg.de/diglit/hs161/0049
© Universitätsbibliothek Freiburg
gefördert durch Baden-Württemberg